THEOLOGISCH-PHILOSOPHISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Österreich (Admont?), 12. bis 13. Jh. Seite 50v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26564
Copyright: Admont, Benediktinerstift



operationes mandatorum dei. quia qui in xpm fidem
inadulteratam habet. omnia diuina dona comprehensiue habet in semetipso. Quoniam non propter ociositatem
longe sumus a caritate in eum secundum operationem
ostendente nobis diuinos thesauros qui sunt in nobis.
conuenienter nosmetipsos extra diuina putamus
dona.

Si xpc in cordibus nostris habitat per fidem secundum diuinum apostolum. omnes autem thesauri sapientie et scientie in eo
sunt absconditi. omnes ergo thesauri sapientie et scientie in
cordibus nostris sunt absconditi. Manifestantur autem
cordi secundum proportionem unicuique per mandata purificationis.

Hic est thesaurus qui est absconditus in agro cordis tui.
quem nondum inuenisti propter ociositatem. Si non inuenisses. forsan uendidisses omnia et possedisses agrum istum. Nunc autem dimittis quod sunt circa agrum.
circuis in quibus nichil aliud inuenitur. preter
spinas et tribulos.

Propterea dicit saluator: beati mundo corde quia
ipsi deum uidebunt. quoniam ipse in corde absconsus
est eorum qui in eum credunt. Tunc autem eum uidebunt